

Architectos militares habes supra N. 2037. 2421 (adde XI 630), architectum classis praetoriae Misenensis N. 2872. — Mentiones architectorum in operibus publicis inscriptae, supra N. 3483^a. 3637^b. 3638^a. 3741, cf. 4718. 5378. 5339; adde X 4587. XI 3945.

7734 vivit, | Q. Caelius Sp. f. Vivi. | architectus navalis; | vivit, | uxor Camidia M. l. | Aprhodia |

Hospes resiste et nisi m|olestust, perlege.

Noli | stomachare. Suadeo, | caldum bibas.

Moriundust. Vale.

Ad Lirim in agro oppidi SS. Cosmae et Damiani (non procul a Minturnis) rep. (X 5374 semel, nescio quam accurate, descripta). Buecheler carm. epigr. 418.

Alius architectus navalis XII 723.

7735 d. m. | C. Pomponio | Heraconti (*sic*) | dulcissimo | M. Ulpium Hera | et Valeria Sa|tornina (*sic*) pa|rentes harchi|tecto (*sic*) [f]abro | nabali¹ optumo, | vixit annos XXV (*navis*).

Romae ad portam Salarium rep. (VI 33333 = Notizie degli scavi 1888 p. 370). — 1) Faber navalis etiam N. 7723; corpora fabrum navalium N. 6172. 7726. (Nauplegiariorum collegium in titulo ficticio VI 5, 192; naupe. in t. Clusino XI 2133 legere sibi visus est Bormann.)*

7736 (*parma, hastae duae*) [tr]ib.¹ Claudia², | [L.] Aebútius L. l. | [F]austus ménsor, | Vivir, sibi et | Arriae Q. l. Auctaé | uxóri et suis et | Zepyre libert. | v. f. (*inter fasces duos cum securibus bisellium ornatum et stratum pulvino; infra groma³*).

Eporediae (Ivrea) (V 6786 vidit Mommsen; imaginem dedit H. Schoene Jahrb. des archaeol. Inst. 1904 tab. II cf. p. 128). — 1) Tribu. — 2) Primus versus fortasse postea adiectus. — 3) Groma agnovit Cavedonius bull. archeol. napoletano 1852 p. 70; dixit de ea re H. Schoene Jahrb. l. c.

7737 (*in ima basi*) T. Statilio Vol. Apro mensori | aedificior.¹, vixit ann. XXII m. VIII d. XV, | T. Statilius Vol. Proculus | accensus velatus² et Argentaria | Eutychia parentes filio optumo et | Orciviae Anthidi uxori eius, sibiq. et suis, | libertis libertabus posterisque eorum. (*Supra inscriptionem quae praecedit*)

innocuus Aper³ ecce iaces non virginis ira,

nec Meleager | atrox perfodit viscera ferro,

mors tacita obrepit subito fecitq. | ruinam

quae tibi crescenti rapuit iuvenile figuram.

(*In media fronte arae iuvenis, manu sin. volumen tenens, iuxta capsula, ad pedes iuvenis iacet aper³ exanimis; adstat Genius. In latere arae decempeda, in altero latere thecae duae.*)

Romae, basis, diu in Vaticano, iam in museo Capitolino (VI 1975 cf. p. 3233 vidit Henzen. Imaginem laterum dedit Gruter 624, 2, frontis Foggini mus. Capitol. anaglyph. tab. 9). Buecheler carm. epigr. 444. — 1) Alii mensores aedificiorum supra N. 1689. III 2129. VI 9622—9625. XIV 3032. 3713. — 2) Cf. supra N. 1955 seq. — 3) Desimilibus lusibus egit Gatti Bull. comunale 1887 p. 417.